Aug⁹. xxiiiij. epistola. Et idē de disciplina custiana. c. i. Proximus omnis homo homini est tam conditōe nature: q̄ confessione religionis. Sed ad dilectionē proximi pertinet innocentia qua nullo nocem⁹ et beneficiētia qua proximis quibus possim⁹. Mit aug⁹. de mendatio. Colligati ergo vicini cohabitatores / quales sunt vicini et proximi / monendi sunt ne vicinis suis noceant: nec iniuriā in personarum: nec spoliando in possessionibus suis. rapinā aptarum vel occultarum faciendo: vel ledendo infamia. de quibus omnibus leuitica. xix. ubi dicit. Non facias calumniā proximo tuo / nec vi opprimas eum. Et sequitur. Non maledices surdo / nec facies quod iniquum est. puer. xxiiij. Nec attingas puulorum terminos. Sequitur. Proximorum eorum fortis est.

Capitulum Secundū. Qualiter debent sibiipsis subuenire.

Sunt enim admonendi / ut eorum indigentibus vicinis subueniant. oppresos liberent. desolatos consolent. et sic de alijs opibus misericordie et beneficentie. Talis erat Job vicinis suis Job. xxix. Ego qui liberales pauperem vociferantem. Sequitur. cor vidue consolatus sum. Et post. conterebam molas iniqui. Et. xxx. c. Glebas quondam super eum qui afflictus erat. Hec sunt officia et opera boni viri. de quo Aug⁹. iij. de ciui. dei. c. xv. Meliū maior est vicinū habere concordem q̄ malū subiugare bellantem. Ille enim cuius sine cohabitator est bonus qui omnibus est innocens / nulli malū faciens / et omnibus vicinis bonū faciens. talis est multū deo acceptus. Et de tali in exemplū alijs narratur in vitis patrum. li. i. post mediū ubi dicit. Quod abbas paphnug⁹ supplicabat deo / ut ostenderet sibi cui similis esset in terris. ad quē vox venit quod esset similis primo illius vicini. Quod audiens venit ad domum illius. At ille. cui mox erat suscepere hospites occurrit ei et introduxit eum in domum suam: a quo inter epistolas quæ fuit ille quod erat studiū eius: dicens sibi reuelatū esse a deo quod dignus esset confortio monachorum. At ille innotuit de se dicens / ait. Nullius boni michi confusus sum / quia tamen verbum dei ad te factum est: dico tibi quod xxx. anni sunt ex quo super continens et uxor mea similiter. Suscepi enim tres filios quorum causa solummodo cogitata a me fuit. Sequitur. Hospites suscipere nunquam cessavi: nec alicui permisi habere ante me in villa. nullum de domo mea dimisi sine viatico. pauperem non desepsi. que fuerunt dei necessaria tribui. contra iustitiam.

personam non accepi. alieni fructus non intrauerunt domus meam. Et item si vidi non preterij quin pacificarem. nullus apprehendit famulos meos in culpa. greges mei non leserunt alienos. volentes seminare in agro meo non prohibui. quantum in me fuit non premissi ut potentior infirmus premeret. studui ut neminem contuistarem. iudicium si apud me fuit neminem condemnavi. Hec audiens sanctus osculans eum benedixit ei et ait. bene tibi quia hoc impleuisti. unum deest tibi / ut cuncta dimittens sequaris dei sapientiam. Et statim securus est eum pergens ad heremus. et venientes ad fluvium nullus habentes nauigium. dixit ei sanctus / ut intraret aquam pedibus secum que vix ad latera venit. et collocavit eum in cellula iuxta monasterium / formam ei viuendi tradens. Qui priores labores prauos reputans / viuuliter se exercuit / et mortuus est cuius animam vidit sanctus inter choros angelorum dicentium. beatus quem elegisti et assumpsisti. Predicator ergo debet hortari vianos ad predicta opera proponens eis vitam iob. et vitam istius in exemplo. De tali viano verificatur illud puer. xxvij. Melius est vianus iuxta quam frater procul. Qualiter autem vianus siue cohabitator debet cauere calumniam iniustam / dictum est parte prima vbi de iudicio. Et ibidem dictum est / qualiter cauere debet ab iniusta calumnia vel rapina euidenti et aperta.

Capitulum Tertium. De cauendis fraudibus in mercaturis.

Et non solum sufficit ei cauere ab aperta malida siue rapina vel spoliatioe proximi. nisi caueat ab occulta sophistica et fraudulenta qualis est in mercaturis et contra dibus usurarijs. Ut enim ait Augustinus. xiiij. de ciui. dei. c. iij. Omnes volunt viliter emere et care vendere. Introduxit enim ibi facitissimam urbanitatem cuiusdam mimi dicentis in teatro se scire quid vellent omnes. et eorum die statuto conflueret maior multitudo / silentibus omnibus et suspensis dixisse prohibetur. viliter vultis emere et care vendere / quod omnes muenerunt in suis conscientijs. Et quia sic est. multe fraudulentie fiunt in mercaturis. vel occultando defectus et vicia rerum. et ostentando apparentias que non sunt in eis. vel mensuras diminuendo. inutilia commiscendo. et sic de alijs fallacijs que sunt in talibus. propter quod precepit dominus leuitica. xix. Statera iusta / et equalia vel equa sint pondera. iustus modius. equus sextarius. Et puer. xx. Abominatio apud deum pondus et statera

dolosa non est bona / qui talib⁹ fraudulentijs viduos seducunt the-
 zaurizant thezauros iniquitatis Michæ .vi. Adhuc ignis in do-
 mo impij thezauri iniquitatis ⁊ mensure minores ire plena. ⁊ nō
 solum fraudulentie regnāt in talibus: s; mendacia. piura. falsa te-
 stimonia. impia hortamenta. Ex p̄dictis apparet quare est pe-
 culosus mercari. Ideo p̄pheta vbi sup̄. Nunquid iustificabo sta-
 terā impiaz. ⁊ sacelli ponera dolosa. in quib⁹ diuites eius reple-
 ti sunt iniquitate. ⁊ habitatores in ea loquebantur mendacijs. ⁊
 lingua fraudulenta in ore eoz. De hoc Cullius multū li. iij. d. of-
 ficijs. c. xij. Et ibi inquit an vir honestus debeat patefacere vis-
 dia rez in venditōne an celare. et inouit ibi sentendas p̄hoz con-
 trarias. Aliud inquit videbat dyogem / babilomo magno. ⁊ gra-
 ui stoyco. aliud antipatro eius discipulo homini acutissimo. An-
 tipatro omnia patefacienda videbat / cuz homo homi consuleret de-
 beat: ⁊ seruire hūane societati. et ea lege natus sit homo. et vtili-
 tas cuiuslibet sit vtilitas cōmuns. Dyogem videbat contrariū:
 non oportere venditores scz vicia dicere: nisi q̄ntuz constitutū sit
 iure ciuili / cetera sine inuidijs agere. qui enim vendit vellet vendere
 optime. Et vendo meū non plus vel plus q̄ ceteri. cui ergo in-
 iuriatur. Itē sup̄ addit antipater vel antipater q̄ emptorem
 pati tuere: ⁊ per errorem in fraudēz mādere plus est q̄ vicia non
 ostendere. quod tamen scz vicia monstrare sanctū sit athēns pu-
 blicis exercitatōnibus / ⁊ ibi multū de eoz disputatōne. Nō dyo-
 genes. Quid stult⁹ q̄ venditores vicia rei quam vendit narrare
 ⁊ q̄si p̄eco p̄dicet / domuz pestilentē vendo ⁊ cetera. Ad contrariū
 vero arguit Antipater q̄ nisi sic fecerit iniuste ⁊ improbe fact.
 Unde concludit Cullius q̄ in dubijs causis ex alia parte defen-
 dit honestas ex alia vtilitas: quasi diceret. salicet honestum est
 narrare vicia rei vendendæ: vtile vero non publicare. Unde se-
 quitur. Hoc celandi genus quis non viderat. certe non exper-
 ti. non simplici. non ingenui. non iusti. non boni viri: sed vet-
 sti potius. obscuri. astuti. fallacis. callidi. Et introduxit ibi de
 quodam qui voluit emere ortum ad inhabitandum. quod cum
 intellexisset venditor / fecit venire piscatores in nauiculis tem-
 pore cene cum aborum multitudiē / quod cum alius adnarrare-
 tur. Respondit ille q̄ de illo loco erat syracusis quicquid esset
 piscium. quod alius audiens carius emit ortulum. et cum po-
 stera die nichil tale videret / admiranti de hoc dixerunt

vbi dicitur antipater
 vbi dicitur

Rom

Alij q̄ nec ibi consueuerunt esse piscatores / & ita fuit dolus ibi: quia aliud fuit aduz aliud simulatū. Dolus aut̄ legibus vindicat̄. Per contrariū narrat ibi post de alio / cuz postulasset vt sibi fundus venderetur / & venditor: p̄uiz possuisset / dixit se plus vel plusuis estimare q̄ quod venditor: petebat: et addidit centū milia. et de hac materia multuz ibi. Ideo cōcludit capitulo. xvi. Qualiter leges / aliter phi colunt astutias. Lieges q̄ntuz manu id est in iudicio tenere possunt. phi q̄ntuz ratōne & intelligentia. Ratio enī postulat ne quid insidiose: ne quid simulatorie: neq̄ fallaciter fiat. Et istud concordat magis legi diuine / vt nō deapiat scienter fidelis pximū suuz. Et ideo multa pericula concomitant̄ venditōes & emptiones Ecc̄i. xxxviij. Cuz negotiatore tracta de contradiōne / & cū emptore de venditōe scz diuigendo eos. Et. xxviij. Inter mediuz emptōnis & venditōnis angustiabit̄ peccatū. Monet̄ antur ergo a predicatore diuino tales / vt a peccatis caueant in suis officijs.

Capitulum. iij. De non accipiendis vsus a vicinis.

Igniter sunt ammonendi vicini a fraudulentia vsuraz scz vt mutuo accomodent vicinis suis absq̄ vsura put̄ p̄cipitur exodi. xxiiij. Nec vsura opprimes euz. Et leuitici. vi. Pecuniā tuaz non dabis ad vsuraz. Et deutero. xxiiij. Non fenerabis fratri tuo ad vsurā. Et zech. xiiij. Ad vsurā non accomodaueris. Idez. xxiiij. Est aut̄ vsura fm hostiensēz quodcumq̄ qd solutōem rei mutuatae excedit / ip̄i⁹ rei vsus gratia / p̄ adōne interposita / vel hac intentōe habita in cōtractu vel exactiōne habita ex post facto Luce. vi. Mutuū dantes & nichil inde sperantes. Idoc enīz gratuitū est aī deuz / vicino indigenti mutuare ad releuatōnem sue necessitatis cum non possit gratis dare / vt ait p̄pheta. Qui pecuniā suaz non dedit ad vsurā. Unde narrat li. i. hystorie tupartite de spirdone ep̄o q̄ ei⁹ mos erat ex fructibus alios dare paupibus / alios mutuare. nec p̄ se dabat / nec p̄ se recipiebat. s̄ petentibus dicebat vt q̄ntuz opus haberent tollerent. & denuo redeuntib⁹ vt reponerent q̄ntuz se accepisse nouerāt. ad quē accessit aliquis & sic mutuū accepit: et reuersus non reposuit qd acceperat s̄ afferens secū abscessit estimans ep̄m hoc latere. et iterato venit idēz petens mutuū. quē ep̄us misit ad horreuz vt acciperet: ad qd veniens totalit̄ inuenit vacuū. Quod cū narrasset

by legibus conditum

by legibus conditum
et

per vsura pro hupis

et

episcopo ait ille. mirz est quō tibi soli visuz est vacuuz & nō alijs
 s; vice ne qđ alijs mutuat⁹ es soluisti. ac ille sic captus quod deli
 querat epō indicauit. & se subiecit voluntati ei⁹ Ex his patz pōi
 cti epī caritas in mutādo & mutuatōnis apud deū acceptabilitas
 & infidelitatis in restituendo detestabilitas. De usure vero incom
 moditatibus & nocumētis sufficienter narrat in summa de vicijs.
 & ideo hic obmittendū. Et d̄ usura multuz loquit̄ Ambrosi⁹ li.
 iij. de offi. ubi ait. Cur ad fraudēz cōuertis nature inuistruā. cur
 affectas inopiā. cur optas paupibus sterilitatē. fles publicā fer
 tilitatem. exploras qñ sterilior puentus. hanc vocas inuistruaz
 que est calliditatis versutia. fraudis astutia. & qđ tu remediū vo
 cas cōmentuz ē nequide. latrocinū hoc an fenus appellē. captan
 tur tanq̄ latrocinij tempa in quibus viscera hoīm durus invidia
 tor obrepas. cui condite frugis multiplicat̄ usura. Quid impca
 us male homibus lucz tuuz damnū putatuz vel publicū est. Ex
 his patet qđ detestanda est usura in xpīanis / que quidēz fuit phi
 bita in iudeis. scz ne accomodatēt fratrib⁹ suis ad usurā deuro.
 xxi. Et de hoc Aug⁹. epla. xxxvi. Quid dicam de usuris quas
 leges & iudices iubent reddere. aut crudelior est qui aliquo diui
 ti subtrahit qđ qui trudoat pauperem fenore. Et sequitur. hec
 atq; huiusmodi male possidentur / et vellem qđ restituerentur. sed
 non est quo iudice repetantur. Et de hoc Cusostom⁹ super Ma
 theum omelia. v. in fine. Mutuo da / ampliores cape usuras. mu
 tuo da / accepturus salicet ubi nulla inuidia. nulla accusatio. nec
 inuidiatio neq; timor. mutua nullo indigenti salicet custo. & pro
 pter te necessitatez habenti esuienti & omnes nutrenti. Ideo enī
 salicet usure regnum. ille iehennam preparant. he sunt philoso
 phie & misericordie. ille auaricie et crudelitatis. Quam ergo ha
 bemus occasionem siue excusationem / cum et ampliora possu
 mus suscipere et in tempore oportuno salicet dando pauperibus.
 hic vilia et fallacia. si tamen damus. Et sequitur. Nichil usu
 us turpius. nichil crudelius. alienas hic negociatur in sevas. et
 luctum suum alterius aduersitatem facit. Et ponit exemplum.
 Q̄ talis est quasi in nauem suscipiens / et in naufragio expellens.
 Et post. Nolite usuram accipere sed a deo mercedem. et erit ma
 gna p paruis. Et ibi bene de hoc luce. xvi. Saate vobis amicos
 de māmona iniquitatis. ut cū dese. re. vos in eterna tabernacula

Cur ad fraudēz cōuertis nature inuistruā
indignū
q̄ inopius opianus

magna ergo dementia a paupibus vicinis usuram accipere: & contra omnes legem tam naturalem quam scriptam: quam euangelicam: quam etiam contra omnes creature innatas bonitatem. que quidem creatura omnibus se gratis communicat sicut. lux. ignis. aqua. terra. & ad cumulū pene eterne non dare ad usuram spiritualem erogare elemosinas paupibus pro regno eterno. immo quod plus est dare ad usuram malo animo idem est quod paupes trucidare ut dictum est. Unde Tullius li. i. de tusculanis questionibus. Cuius quereret a kathone quid expediret in refamiliaui / & responderet bene pascere. bene vestire. bene ornare vel arare. Et cum quereret an fenerari scilicet expediret respondit. quid est hominem occidere quasi diceret: fenerari est occidere scilicet subtractione necessariorum.

Septima distinctio. Capitulum primum de colligatione amicitie
Quid sit amicitia / & qualis debet esse.

Omnino videndum est de colligatione amicitie / qualis est inter amicos. quod quidem debet esse amicitia vera et non ficta. de qua ficta dictum est supra parte prima de vicibus curialibus. Et de hoc Hieronymus. epistola. xlv. per totum. Debet ergo esse vera amicitia non ficta. que scilicet tunc est vera quando est unanimis consensus in rebus honestis. quod ut ait Tullius li. de amicitia. Et idem Augustinus. xlv. epistola. Amicitia est diuinarum humanarumque rerum cum beniuolentia et caritate consensus. Non tullius ibidem: quod beniuolentia est amicitie fons.

Capitulum secundum. Que exigunt ad veram amicitiam.

Sunt ergo amicitiam amonendi ut unanimiter consentiant in honestis et licitis: quousque aliquis eorum sit superior dignitate vel statu. quod ut ait Tullius ibidem. Maximum est in amicitia superiorum parere esse inferiorum scilicet condescendendo. Non amicus dicitur quasi amicum equum. quod equi nobis voluntati coniungunt. ait Cassiodorus super psalmum. xxxvii. Talis amicus fuit filius dei. qui cum esset superior omnibus tamen in medio discipulorum fuit sicut minister Luce. xxiiij. Et Iohannes. xv. Itaque non dicatur vos seruos et cetera. Talis amicitia non potest esse nisi inter amantes se veraciter / put ait Augustinus. iiii. confessio. Non est enim vera amicitia nisi conglutines eas inter coherentes tibi vera caritate / loquitur ad christum. Non Tullius ubi super. Amor ex quo amicitia est nominata / princeps est ad coniungendam amicitiam. Itaque in amicitia

quod dicitur
non amicitia

debet esse mutua compassio. qz ipsa est benivolentia in compassis non latens / ait Plus ethicoz. viij. Unde et ibidez Consiliarius amic⁹ et cetera. Vere emz nō cognoscit in bonis amic⁹. nec in malis absconditur inimic⁹. Eccī. xij. Job. vij. Qui tollit ab amico miam timorē dei relinquit. Cuz emz in amicia vn⁹ sit ex plurib⁹ vt ait Tullius li. de offi. c. xvij. Et hec sit lex amicie: nō minus nec plusq̄ se diligi / ait ibidez. merito debz esse mutua compassio. On̄ Aug⁹. li. confess. loquens de amico mortuo / et eū plangens ait: dimidiū vite mee. Et Seneca epistola centesima p̄ma obiurgans plangentē filiu⁹ ait. Quid inq̄t faceres si amitteres amicū ex quo plangis puuluz q̄ est incerte spei. Itē in amicis debz esse secula sollicitudo de salute: de honore amia: et utilitate. qz vt ait tullius vbi sup̄ de amicia an̄ finez. Monendi sunt amici sepe et obiurgandi: et hec accipiendo amice et beniuole. On̄ et sequit̄. Dandum est in amicijs nullam pestē esse maiorez q̄ adulatoriā blandicijs assertōez. et post. Cuz oim̄ rez simulatio vidiosa est. tollit emz iudiciū vbi id est q̄ adulterat / cū amicie repugnat maxime. Delet emz veritatē / sine qua nichil amicie valere pōt. et ibidez. virt⁹ cōaliat amicias. Dinc Aug⁹. ix. confess. Sicut amia aduantes puerunt. sic imia litigātes corrigunt: multo magis amia suo modo litigantes. Item in amicia debet esse munifica et mutua cōmunicatio / tam cordiū siue interuoz ceptionū: q̄ amicabiliuz collationū: q̄ officioz et misterioz q̄ rez. On̄ Cōmentator ix. ethicoz. In principio puerbius est d̄ amicis / q̄ vna anima et omnia cōmunia. Cum enim amicus p̄beat cor amico suo / vt ait Tullius de amicia vbi supra. Ea vis amicie est vt vnus quasi animus fiat ex pluribus. Et Augustinus. iij. confess. Qz amicia est dulcis ppter vnitatem ex multis amias. equitas dicit q̄ cōmunicet ei omnia sua. Unde Tullius vbi supra. Ex his finibus vtendum arbitro: vt cum emendati amicorum amores sint inter eos. sit omniuz rerum consiliorum et voluntatū sine vlla exceptione cōmunitas / cum veretundia et reuerētia que semper tenenda est in amicia. vt emz ait ibidez. Prima lex amicie est / vt ab inimico honesta petamus: et amicorum causa honesta faciam⁹. Et idem Tullius de officijs vbi supra. Nec contra rempublicā nec contra iusiurandum amia causa vit bonus faciet: nec turpia facienda causa amia. Et de hac amicia Tullius libro de amicia per totum. Et philosophus ethicoz. viij. per totū. Valeu⁹

*In Amicia dicitur de p̄
passio*

de amicia ḡm̄

prim⁹ lex amicia

l

li. iij. c. vi. ubi ait. Contemplemur vinculum amicitie potens et
 pualidum. nec vlla ex parte sanguinis viuis inferius. hoc etia
 certius et exploratius / q̄ id nascendi fors fortuitū opus / hec vni
 uersuiusq̄ solido iudicio incoacta voluntas cōtrahit. Et ponit ex
 empla ibi de amicis quoz vn⁹ petijt occidi cuz amico occiso. Si
 militer ponit exemplum de alijs quoz vn⁹ subiecit se hosti p̄ alio
 Similiter de duobus / quoz nomina Nimon et phytias. arbihamā
 et pychyas. de quibus ait. vt cum dyomfius tyrann⁹ vnum vel
 let occidere / dum ille iret ad res suas ordinandas / alius dedit se va
 dere pro eo. et redijt alter hora assignata / quoz animū tyrann⁹
 admirat⁹ / supplicium inuidie remisit. Insup rogauit eos / vt se re
 ciperent in terdū gradū soliditatis. et enumerat ibi vires amicitie
 scz contemptū mortis ingerere. vite dulcedinem extinguere. cru
 delitatem mansuescere. et sic de alijs. Et de hoc Aug⁹. x. confes.
 loquens de amico mortuo. Et nescio inquit an vellem etiam p̄ il
 lo scz mori. sicut de hoste et pliate tradit / si non fingitur. Q̄ vel
 lent pro inuicem vel simul mori. quia morte pius erat eis non si
 mul viuere.

Capitulum Tercium. De fida amicitia
et propter que dissoluitur.

Predicator ergo conferēs cum amicis / dissuadeat fidas
 amicitias que sunt p̄m accidens et facilius solubiles. Dis
 soluto enim eo p̄pter qd̄ amia sunt dissoluitur amicitia
 put dicit Ethicoz. viij. In semibus est amicitia p̄pter vtile. in iu
 uenibus p̄pter delectabile / vt ait ibidez. et suadeat veraz amicitia
 que non est vera nisi sit cōglutinata caritate vt dictuz est. ait Je
 romim⁹. lxxxviij. epistola. Et concursus sensuū / et vntas volun
 tatum. et q̄si vni amicitie scaruuzant / ait ibidem. Et sic idem
 velle idem nolle dulcissimuz est et honestissimū / ait Seneca episto
 la. xi. Et hec amicitia est p̄iosissimum genus diuitiarum / ait Bo
 edus. ij. de consola. in fine. Et merito. quia amicus habet omēs
 suos amicos et omnia sua ac possidet. et sic facit euz diuitem et inex
 pugnabilem / sicut dicit Cusostomus super Johannem omelia
 lxxxviij. dicens Q̄ vnus salicet amic⁹ multiplex est. Si emz vna
 mimes fuerunt decē vel duo / nō vn⁹ est q̄si vn⁹ scz tantū s̄ decies
 multiplicat⁹ vnusquisq̄ eoz. et inuies ibi in. x. vnū et in vno. x.

erros amicitia

In p̄m p̄pter vtile
 et in iuuenibus p̄pter delectabile

erros amicitia

et si inimicuz habueunt vni inimicatur / et decem inimicidias capit. et si vnus paupatur sibi non est inopia: s; maiori pti id est decem habent libertatem. vnusquisq; habz. xx. pedes / et. xx. man9 / et. xx. oculos. Non emz suis soluz oculis videt s; et his qui alioz. nō suis pedibus s; et alioz. non suis opatur manibus s; et alioz. s; et decem animas habz q; p se solliate sunt. Si vero fuerunt facti amici mille et duo milia idēz erit. Vides amovs suphabundantiā / qualiter inexpugnabilez facit vnuz et multiplicez. qliter vnus et vbiq; potest esse. idēz in psona. multiplex in amicitia. idē in pside et in roma. et qd natura non pōt amor potest. Et sequit. Si mille habuerunt amicos vel duo milia vt dictuz est idēz erit. Et post. Si decies millesies fuerunt / diues nudus cōsistit sine amicis: s; si inopes fuerunt scz amici / diuitib9 vbiuoēs existūt. et que ipse p seipso dicere non tēptat hec amic9 dicet. et quicūq; non pōt sibiiphi largi v p aliuz potuit et multo ampliora. Et subdit. Non est pati male a tot armigeus custodituz. non emz tales regis corpis custodes tam diligentes vt hi. nam illi necessitate et timore custodiunt hi vero deuotōe et amore. hec ille. et ibi multa elegātia de hac materia. De hac eadez Ambrosi9. iij. de officijs in fine. Pietatis cūstos amicitia est et equalitatis magistra. vt superior inferior se exhibeat equalē inferior superior. Inter enim dispes mores nō potest esse amicitia. ideo debet cōueniri gratia vtriusq;. nec audouitas desit superior / nec humilitas inferior. Laudanda est ergo vera amicitia et fideliter obseruanda. Quia vt dicit Cullius de amicitia vbi supra. Solez de mundo tollerz videntur hi / qui amicitiam e vita tollunt.

*Salvatoris p[ro]p[ri]e s[er]u[er]e
fidei p[ro]p[ri]e s[er]u[er]e s[er]u[er]e
vni t[em]p[or]e d[omi]ni*

q[ui]a n[on] p[ro]p[ri]e s[er]u[er]e p[ro]p[ri]e

*Dei d[omi]ni p[ro]p[ri]e s[er]u[er]e p[ro]p[ri]e
et amicitia*

Octava distinctio. Capitulum primum. De colligatione socialium in cōuictu. Q homo debet esse socialis.

Q non solum sunt amonendi amici de veritate amicitie q sunt colligati / s; etiā socij sunt admonendi qui sunt colligati sociali cōmumione. Vt emz ait hugo. Sodans dicitur vel a focco qsi in vna caliga siue hospicio manētes vel a seqt / et ē soc9 pprie in piculo. collega i officio. comes in itinere. consoz in pmo. sodalis in mensa vel sede. Quocūq; modo sumatur societas / homo debz esse socialis. quia homo est animal non solitauum sed pōlicitum et communicatiuum / ait

*Socij
colligati
Comites
collegas
Sodales*

Commentator Ethicorum .vij. Et Seneca de beneficio .c. xiiij.
 Quod hominem non unguis vis nec dentium terribilem ceteris fecit
 nudum et infirmum societas angit et munit. duas res dedit ei deus.
 que illius ceteris obnoxium validissimum facerent rationem et socie-
 tatem. Et sequitur. Societas illi dominum animalium dedit. societas
 terris gentium in aliene nature transmisit imperium et dominium
 in mari iussit. et multa ibi.

Capitulum Secundum. Quod malorum
 societas est vitanda.

Tamen societas malorum vitanda est. puer. xxij. Noli es-
 se amicus homini iracundo. neque ambules cum viro furioso
 ne forte discas semitas eius et sumas scandalum anime tue
 Non Gregorius super ezechiel. li. i. omelia. ix. Infirmi debent vitare
 societatem pravorum. ne mala que frequenter aspiciunt et corrigere non
 valent delectentur imitari. Et ponit exemplum. sicut aer malus assidu-
 o afflatu tractat inficit corpus. ita peruersa locutio assidua audis-
 ta inficit animum. corrumpunt enim bonos mores colloquia prava. ij.
 Cor. xiiij. Non Seneca epistola. vij. Unus exemplum luxurie. unum
 exemplum auaricie. multum mali fecit. Conuidor delicatus enume-
 rat et emollit. videtur diues cupiditatem iritat. malignus comes
 aut odieus. et utrumque vitandum. ne vel similis malis fias. quia mul-
 ti sunt. ne vel inimicus multus. quia dissimiles sunt. Et epistola. c. vij.
 Meret tibi auaricia quod diu auaro sordido te coniungas. heret
 tibi tumor quod diu cum superbis conuersaberis. intendunt libidines adul-
 terorum sodalia. Cum sancto enim inquit presbiter sanctus eris. et cum peruer-
 so peruerteris. Et. i. cor. vij. et. x. Nolo vos socios esse demoni-
 orum id est gulfomicorum. Et. ij. ad cor. vi. Que societas lucis ad
 tenebras et cetera. Nolite commisceri cum fornicariis. societas vero
 est cum bonis inuenda. Non Seneca ubi super. Ad meliores transi-
 cum Socrate uiue. cum Zenone. cum Cuspo vel Cusippo. cum possico
 mi o. qui tibi tradent diuinorum humanorumque notitiam. hi iubebunt
 in opere esse. ut non tantum scias eloqui et in oblectatione audien-
 tium verba iactare sed et animum inuolare. et aduersus minas te
 eugere. et ibi bene de hoc.

Capitulum Tertium. De bonorum societas est appetenda.

Sicut ergo quilibet vitare debet societatem malorum: sic debet appetere bonorum. et in hac societate debet esse caritativa affectio in quibus diligat alium in veritate. nec fiat tantum amic⁹ et socius in ense/ ut dicitur Eccī. vi. Ideo Augustin⁹. iij. confes. vocat socius vel amicum dimidiū vite sue. Ad philippenses. ij. Si qua societas spūs. Itē debet esse vniuersalis cōsensio. Et alibi. fact esse vnus moris in domo. Itē debz esse mutua subleuatio et nociui ab vtroq; repulsio/ et adiutorij prompta collatio. De quib⁹ omnibus Eccī. iij. Meli⁹ est duos esse q̄ vnū habent enim emolumentū sue societatis. Si vnus ceciderit ab altero subleuetur. Et ideo sequit. De soli etc. Item debet vtriusq; esse ab altero veneratio mutua/ et superioris cum inferiori purificatio ad Ro. xij. In honore inuicem p̄uenientes. Unde narrat Oaleus li. iij. c. vi. Q̄ cum alexander cum episcene sibi gratissimo venisset ad castra darij: et mater darij captiuauit episcenez: quia forma et statura p̄stabat alexandro. more persarū adulta/ illū salutauit tanq̄ alexandorū. et cum admonita de errore per trepidationem verba excusationis quereret. r̄ndit alexander. Nichil est q̄ hoc sermone confundaus. nam et hic est alexander. paucis verbis/ ut ait Oaleus cuz comite suo partitus est. Ideo Eccī. xij. Ditiou te ne socius fueris id est ei qui indignatur cōdescendere. et se parificare socio. Unde Seneca ep̄la. 92. Penes deos imp̄vuz/ inter homies consortiuz. homo est animal sociale p̄mo de animalibus. Itē debz esse pia compassio et benefica supportatio/ ut ait Seneca ep̄stola. x. c. vij. Societas nostra similis est formationi lapiduz/ et domui testudinate: et cuz arcibus facte que casura est nisi inuicē obstat. hoc enim ip̄o sustinet. Et simile exemplum Gregor⁹ vbi sup̄ de amicitia. Et sup̄ addit Gregor⁹ Q̄ si ego mores tuos nō supporto. et ecōuerso. nunq̄ edificū caritatis cōsurget inter nos ad gall. vi. Alter alter⁹ onera portate. Super quod Augustinus bene et multum. 83. q. 1. vbi ait. Nichil probat amicum quemadmodum oneris amica portatio. Et ponit exemplū de loquacibus pertinacibus et iracundis Q̄ vnus debet supportare alterius infirmitatem: scz q̄ntuz potest absq; peccato. et exemplificat de ceteris transiūtibus aquaz: quoz p̄uores portāt

capita alioꝝ in clumbus suis vidissim .i. ad cori .i. sicut socij passi
 onū Apocal .i. Ego pater vester / & socius in tribulatioe . Sunt
 enim socij multi in prosperitate / pauci in aduersitate . Et de hac
 societate Ambrosius .i. de offi . vbi dicit Q̄ ratio societatis diuis
 dicitur in duas partes iusticiam & beniuolentiaz: siue liberalitatem
 & benignitatez . Prima excelior . & secunda gratior . illa censurā
 tenet: ista bonitatem . Qualis aut̄ debet esse societas scz senioꝝ et
 adolescentiuꝝ . alij testimonio : alij solacio sunt . alij magisterio vel
 ministerio : alij delectatioe . Exempluz de iosue & moyse . de abra
 ham & loth . de helya & helyseo . de paulo & barnaba . Societatem
 his modis facit virtus: que facit animuz dignuz / vt veniat in cō
 sortiuꝝ Seneca li . i . de naturalibus questionibus . Non enim po
 test esse salua societas nisi amore & custodia partium ait Seneca
 li . ij . de ira . Et Aug⁹ . iij . confess . Ea est societas hominuz iusta
 que deo seruit Eccli . xli . A sodio & amico d̄ iniusticia erubescit si fi
 da est . Qualis aut̄ debeat esse sodus describit Bernhardus bene
 in meditatioibus suis vbi ait . Amabilis sodus est qui est omni
 bus officiosus & nulli onerosus . Officiosus inq̄ quia ad deuz de
 uotus: ad pximū benignus: ad mundū sobrius & cetera .

Capitulum Quartum . De his que so
 cietatem dissoluunt .

Hunc dissoluit auaricia vt Ambrosi⁹ in exameron ome
 lia . v . ponens exempluz d̄ aibus rapacibus q̄ non sunt
 sodales . Et ideo Seneca . x . c . iij . ep̄la . Auaricia & lu
 xuria dissociauerunt mortales . Et Tulli⁹ li . iij . de offi . c . vi . Q̄ dis
 soluit societas cū quibus querit̄ pximuz cōmodū . Dissuadeat er
 go p̄dicatoꝝ in ultoꝝ consortium siue societate efficaciter suadeat
 bonoꝝ . & q̄ bonoꝝ societas sit talis qualis descripta est .

Distinctio nona . Capituluꝝ primum . De virtuali cōuersa
 tione cū aduersarijs Q̄ laudabile est bene viuere inter malos .

Aq̄ nō sufficit fideli q̄ ordinate conuerset̄: & viuat
 cū his cū quib⁹ ē colligat⁹ vidis modis . Sed oportet
 q̄ vtuose viuat cū his q̄ aduersant̄: p̄pter qd̄ di
 cit̄ in laudē iob Q̄ vir erat in terra simplex & rect⁹ .

Super quod Gregorius moral. 1. Non multum laudabile est esse bonum cum bonis sed bonum cum malis. Et ezech. iij. dicitur. frater sui draconum. Non Gregorius. xx. ibidem et ezech. iij. Cum scorpiis omnibus habitas. Ibi Gregorius li. 1. omel. ix. idem. Ideo dicitur iustus loth aspectu et auditu. ij. pe. 1. Quia bonum inter malos generat. Philippenses. ij. In medio nationis prave et perverse. Canon. ij. Sicut lilius inter spinas. Sunt ergo fideles ammonendi ut licet habitent inter malos iuste tamen vivant declinando a malis eorum ad rectitudinem. Declinate a malis. Et ut etiam diligant orent et beneficiant eis qui sunt inimici et persecutores Math. v. Diligite inimicos vestros et cetera. Inimicus enim diligendus est ratione nature. odiosus ratione culpe. ait Augustinus. contra faustum. xij. et. xix. de civi. dei. c. vi. Perfecit inquit odio odia illos. Item Gregorius pasto. xxix.

Capitulum Secundum. De per patientiam et beneficentiam vincunt inimici.

Sic enim debent fideles facere ut sua benivolentia. beneficentia. et longanimitatis patientia convertant adversarios et reducant ad viam iusticie et veritatis. Propter quod precepit salvator. patientiam maxillam probe aliam Math. vi. id est ne vindicte potius quam patientie studeat. contemnat eterna pro temporalibus. cum potius temporalia pro eternis contemnenda sint. tanquam sinistra pro dextris ut superius ait Augustinus. epistola. v. Et sequitur. Parat debet homo esse pius et iustus. patienter eorum malitiam sustinere. quos fieri bonos querit ut numerus potius crescat bonorum. non ut parvi malicia se quoque numero addat malorum. Et licet aliqui iustus non sic fecerit in opere presentando. sed maxillam percutienti aliam. tamen precepta patientie in cordis preparatione sunt retinenda ut ait ibidem Augustinus. Ro. xij. Noli vinci a malo sed vince in bono malum. Quod exponit beatus Augustinus ubi super. Per benivolentiam enim et beneficentiam reducant adversarii ad pacem et concordiam. cum illis qui talia eis faciunt. Si esuriverit inimicus tuus cibus eius. si sitiet ut potum da illi. hec enim facies carbones ignis cogeres super caput eius. Et de hoc Oaleus li. v. c. 1. ubi loquitur de humilitate et clementia. ponens exemplum. qualiter per beneficentiam reducant adversarii ad amicitiam. ut habitum est super parte prima ubi de clementia principis ubi ait. Illa dulcedo humanitatis effera barbarorum

Augustinus super Math. vi. c. 1. ubi loquitur de patientia et clementia.

ingenia penetrat / & hostium mollit oculos / & inuidos insolentissimosque spiritus flectit. Nec illi difficile & arduum est / inter distantes mucrones placitum iter arripere vinct iram. prostermit odium. hostilemque sanguinem hostilibusque lacrimis miscet. Et de hoc Seneca primo de clementia. li. c. v. ubi ponit exemplum de illo qui ex consilio uxoris benefecit aduersarijs: et sic reduxit eos ad amicitie fidelitatem ut habitum est supra. Similiter de hoc Seneca libro de beneficijs. c. iij. ubi ait Quod per continuationem beneficiorum ingrati & aduersarij efficiuntur grati & amici. Ingratus inquit est aduersus unum beneficium / aduersus alterum non erit. duorum oblitus est. per tertium eorum que exiderunt memoriam reducet / ne cessaueris opus tantum perage / & partes boni viui exequere. alium re: alium fide: alium gratia: alium consilio: alium preceptis salubribus adiuua. Et ponit exempla. Beneficia enim fere sentiunt. nec vllum tam immansuetuz animal est / quod non cura mitiget & in amorem sui vertat. leonum ora a magistris impune tractantur. Elephantorum feritates vsque in seruire obsequium temeretur ab eis / a deo etiam que extra intellectum et estimationem beneficij posita sunt. assiduitas autem meriti pertinaces eumdat. Et sicut beneficia & beniuolentia humanas interdum mitigant iras / & reducant ad amicitias sic & dulcia verba puer. xv. Responso mollis frangit iram / & sermo durus suscitatur furor. Et emiz ait Crisostomus super Mathem omelia. xvi. Sicut ligna ignis materia sunt: sic quecumque loquitur quis in ira / facta sunt scilicet cet esca illius. Et ibidem dicit omelia. xvij. Quia ira debet vinct paciendo / ignis est emiz. Sed ignis non extinguitur igne sed aqua. Eccl. xxviii. Certamen festinatum incendit lites. Et sequitur. Si sufflaueris quasi ignis ardebit. et si expueris extinguet. De patientia autem qua sustinentur aduersa & inimicie / dictuz est in breuiloquio de virtutibus: ut supra parte prima ubi de patientia principis. De his colligationibus membrorum reipublice et de ammonitione eorum / diuinus predicator occasionem sumere potest / conferendi cum eisdem.

Tercia pars. De informatione hominum quantum ad ea que omnibus sunt communia.

*in ira mitigat iram
 & sermo durus suscitatur furor
 Sicut ligna ignis materia sunt
 sic quecumque loquitur quis in ira
 facta sunt scilicet cet esca illius
 Et ibidem dicit omelia. xvij. Quia ira debet vinct paciendo
 ignis est emiz. Sed ignis non extinguitur igne sed aqua.
 Eccl. xxviii. Certamen festinatum incendit lites. Et sequitur.
 Si sufflaueris quasi ignis ardebit. et si expueris extinguet.*